~~Tractatus de~~ ~~Praefatio tria continens~~ ~~Tractatus~~

Nova Logica seu Tractatus de arte detegendi incognita tria continens 21.

1 Qua occasione et Methodo in eam inciderim quam praestantis-
simam judico, ad quam in hac vita aspirare licet, quaeque est Inven-
tio Veritatis per nos ipsos.

2 Artis inveniendi Generalia Praecepta, quibus adjuti non solum impos-
sibile erit, ut unquam in falsa incidamus, sed potius certo semper Veri-
tatem simus cognituri; quod infallibiliter semper his medijs ulterius pro-
grediemur, nova ac nova continue detegendo, modo nos ad talia appli-
care animus nobis sit, idque exiguo labore.

3 Exiguo praecipue subjecto asserendo Vitam suaviter et cum oble-
ctamento consumere liceat.

Pars Prima

Ab ineunte aetate in Me ipso observavi animum nemini nocendi
et benevolendi cuique, tum maximum ardorem aliquid novi ac no-
vi semper addiscendi. Sed praecipue conatum, ut quam felicissi-
me possim (ut dici solet) Vitam meam traducerem. — Tria, Unde omnis Mea Felicitas praecipue orta duxit.

Primum effecit ut facile bonos à Malis distinguerem, hi enim de nul-
lo alio praecipue cogitabant quam ut alijs inferrent damna, et dele-
ctarentur se alios Astutia sua circumvenisse publiceque ob id facta sua
recensendo gloriantes. Atque sic Mei similibus me conabar tantum associari
in bonorum ~~[illegible]~~ ut plurimum cognitionem perveni idque magno Animi Mei
ad talia inclinantis emolumento; Sed quia Omnes tales maxime
quoque ignorantes esse possunt et sua ignorantia sub Specie boni
~~talia~~ animum magnis erroribus imbuere, non facile postea evellendis.
— 1mi effectus bona — Mala

Ardor ille Sapientiae acquirendae (qui me magis incitavit ad Scientias et
Curiosas addiscendas, quam ulla exhortatio Praeceptorum, aut lucri spes
aequa alios unquam efficere solerat) in causa fuit ut tam in cognitio-
nem praestantissimorum Virorum qui ante nos vixere quam Sapientiss.
— Effectus bona

Bibliothek der Oberlausitz. Gesellsch. d. W. Görlitz

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK